

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Galenus


**GALENI || LIBELLVS || QVOS PVRGARE CON-||VENIAT QVIBVS MEDI-  
||CAMENTIS ET QVO TEM-||PORE.|| Johanne Guinterio An-||dernaco interprete.||**

Rostock: Möllemann, Stephan, 1588

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1780921640>

Druck    Freier  Zugang





1575 — Libellus  
tempore. Joh.  
Br. Nicht bei Schweiger.  
quos purgare  
Ginterio conveniat  
Andern. interpr.  
quibus medicamentis  
Rostochij 1592. 8<sup>o</sup> et quo  
1592. 8<sup>o</sup> pp.  
M. 30.—

61-5215.





*M 30*

GALENI  
LIBELLVS  
QVOS PVRGARE CON-  
VENIAT QVIBVS MEDI-  
CAMENTIS ET QVO TEM-  
PORE.

*Johanne Guinterio An-  
dernaco interprete.*



Rostochij Typis Myliandrinis.

A N N O

---

CIC. CI. XIIC.

1588.



1920/1 III-1

## Caput I.

 VI sano sunt corpore, ægre & grauiter purgationem ferunt, si quidem vertigine & tormini- nibus, quos  $\sigma\pi\phi\varphi\varsigma$  Greci nomi- nant, torquentur, ac difficulter ipsis purga- tio procedit. præterea adhuc subito vires con- uelluntur. Eaque omnia accidunt, dum pur- gans medicamentum familiarem sibi humorē attrahere desiderat, quia autem eo destituitur, sanguinem & carnes eliquat consumitq; , ut ex illis proprium attrahat. Porro qui sani quidem adhuc sunt, verum ægrotaturi, nisi fuerint enacuati, vere ineunte statim inaniri debent, vel sanguinis dimissione, si morbis ab humorum copia creatis, quos  $\omega\lambda\eta\theta\omega\pi\kappa\varsigma$  vo- cant, corripiantur, aut purgatione, si ex corrup- tione factis conflictentur. Nos itaq; et poda- gram, & morbum articularium incipientem, et qui nōdum tofaceam duritiem, quos  $\pi\alpha\varphi\varsigma$  dicunt, in articulamentis produxerat, annis iam multis fieri prohibuimus. Eodem modo apoplexiā, morbum comitiale, melancho- liam, aliosq; eiusmodi diuturnos affectus su- pra dicta euacuatione in plerisq; hominibus sustulimus.

## Caput II.

Nonnullis itaq; pituosos humores euacuari conuenit, nonnullis bilioſos, quibusdam me- lan-

melancholicos, quibusdam sero sum recremen-  
tum, pro substantia affectuum, qui ipsis obue-  
nire solent. Verbi causa, aliquis melancho-  
lia quotannis corripitur, nisi purgatus fuerit:  
atq; ego ipsum non vere tantum, sed autum-  
no quoque purgo: ita & mulierem quandam  
singulis annis per veris initia similiter vacuo,  
cui cancerosa in mamilla dispositio hærebat,  
quā vbi valide medicamento bilē atram ducē-  
te euacuassem, persanaui. Ac si quandoq; pur-  
gatio non assumpta fuerit, dolor in alto ip-  
sam affigit. Iam elephantem in alio incipi-  
entem per initia sanè sanguinis dimissione &  
purgatione curaui. Singulis autem annis rur-  
sus vna huic quoq; abunde est purgatio. O-  
missa vero ea, statim affectus se prodit. Proinde  
eiusmodi morbi nigrorum humorum purga-  
tione indigent: Comitiales autem, apoplecti-  
ci & suspiciosi, pituitosorum: Articularij mor-  
bi, qui quidem vna cum multa caliditate affli-  
gunt, biliosorum, qui autem cum frigidis tu-  
moribus, pituitosorum: Alius quidam æstiuo  
tempore tertianis febris semper corripi-  
solitus, iam multis annis non febricitauit,  
quod bilis flava, ad finem veris à nobis ex  
eo purgata sit. ita enim satius tales vacuare,  
quemadmodum comitiales, articulatorios,

& melancholicos: item qui ob crassos humores ægrotant, in eunte vere melius evanescuntur.

### Caput III.

At humores crassos viscososq; prius attenuare, & incidere conuenit, item meatus per quos hi transsumuntur, trahunturq; ante purgantia medicamenta referare ac aperire, si purgatio omnibus modis optima futura sit, plerim in ijs qui veratrum assument. Etenim vehemens divulsionum motio humores affectis partibus contumaciter impactos eiicens, & hoc homine diurnos effectus adiuuans, facilius id efficiet, si prius ipsis fuerint attenuati. Id autem si negligant, difficiles occurrent purgationes cum interiorum torsionibus nonnunquam, quibusdam singultibus, multa nausea, pulsu malum testante, dissolutione virium, & difficultate.

### Caput IV.

Porrò eos qui elæborum assument, experiti prius oportet, qualem ad purgationes per superiora, hoc est vomitum, naturam habeant. Fiet autem de ipsis periculum ex medicamentis mediocribus ad vomitum ciendum idoneis: nisi enim facile purgari videatur, is, antequam reddatur idoneus, præpareturq; veratrum non assumet. Id autem fiet, si is cui vera-

A s t r u m

erum propinabitur, tum per illa, tum per continuos vomitus, promptè vomere assueuerit. Commodius autem fiet etiam si corpora prius humecta fuerint reddita. humectantur libera- liore cibo & quiete. Quantum itaq; ad quie- tem pertinet, omnibus notum est. vt enim ex- ercitia siccare nata sunt, ita etiam quies, hoc est, otium & ab exercitiis vacatio, humiditates cōseruare. At alimentum non simpliciter copi- osius humectare solet, sed quod citra qualitatē validam existit, hoc est, neq; acerbum, neq; acre, neq; salsum, neq; amarum. Porrō nos quandoq; radiculas ex oxymelite propinaui- mus, quas arundine perforatas, ac veratri albi ramis transfixas, per totum diem noctemq; reliquimus. Atq; eiusmodi ex elleboro facta purgatio erit imbecilla. Cæterum qui angu- stum habent pectus, eoq; etiā compressum, in- eptissimi ad purgationes existunt, quæ medi- camentis invomitum efficacibus sunt, cum a- liâs, tum vero maximè ex albo veratro. siquidem vas aliquod in respiratorijs instrumentis consistens, ipsis rumpitur.

### Caput V.

At biliosus humor supra, pituita inferius e- uacuari debet. siquidem in ventriculo pitui- tosus residet, in intestina autem biliosus col- lectus

lectus fuerit. Melancholicum vero semper per  
inferiora vacuare oportet. Hippocrates autem  
in aphorismis de anni temporibus ita scriptum  
reliquit: Æstate superiores ventres, hieme in-  
feriores medicamentis sollicitare oportet: Eo-  
dem modo regiones ut anni tempora conside-  
rare oportet, caliditate & frigiditate distingui-  
entes. Sic de ætatibus censendum est. Quin  
& consuetudo non parum ad vacuationis in-  
dicationem momenti adfert. Qui enim vo-  
mere soliti sunt, minori molestia purgationes  
per superiorē ventrem ferūt: qui nō assueverūt,  
haud citra periculum, magisq; in veratro. Iā  
morbi species examinanda est, nam in aqua  
subter cutem, quam phlegmatiam appellant,  
medicamento quod pituitā ducit, indigemus.  
Prius sanè per ventrem inferiorem, deinde  
vomitu apophlegmatismis. vbi enim id quod  
redundat per totū corpus dispeſū est, omnes  
vacuationes assumemus. In aqua vero subter  
cutem, quæ ab vtre ascites appellatur, medi-  
camētum aliquod, quod aquæ ciēdæ est, exhi-  
bebimus: sicut etiā in arcuatīs, quæ bilem eli-  
ciunt. Porrō etiam ex his bilē multifariā supra  
& infra per vrinas, palatū, & nares purgare  
conuenit. Pari modo, si melācholicus humor  
redundauerit, ut in melançolia, cancro, &

A 3 ele-

elephante, medicamētum atram bilem evacu-  
ans offerimus. Comitiales morbos pituitā edu-  
centibus purgamus. Vnde constat, morbi dis-  
positionē & humorem qui vacuetur indicare,  
& locum per quem vacuandus est. Verbi causa  
iis qui in iecore habent inflāmationem vbi cō-  
cocti fuerint, expurgationem molimur: per in-  
feriorem sanè ventrem, vbi cauas ipsius partes  
affectus occupat: per vrinas, cum gibbas. Ita  
& in aliis considerabis, & humorem qui redū-  
dat, & locum affectū, ex quo tanquam causa  
morbus proflit. Hæc .n. tibi humorem, qui  
vacuari deberet, evacuationis modū, & locum  
per quem vacuare cōuenit, indicabunt. Acce-  
dit his omnibus tempus & occasio. Per initia  
n. serosos tenuesq; humores euacuabis: in eras-  
sis autē & viscosis, quales natura sunt, & pitui-  
tæ & arræ bilis, concoctionē expectabis. Iam  
ab accessionibus consiliū sumes ad modi eu-  
cuationis indicationem: ex superiori quidem  
parte in accessionibus vacuationes moliens,  
ex inferioribus per remissiones, ut appellant.  
Etenim sua sponte ita iuant, in accessionibus  
quidē dū multi & vomit, & per nares sanguinē  
fundunt: in remissionibus autem, dum vrinæ  
& dejections excernuntur. At tempus dierum  
accessoriorū & decretoriorū, cum infra copi-  
ose

osē purgare aggredēris, cāuere oportet. Vbi n.  
humorū impetus sursum vergit, medicamen-  
ti purgantis facultas impedietur.

### Caput VI.

At in iis qui iam ægrotant, si morbi diuturni  
sunt, semper eorum maturatio expectanda est:  
sī autem acuti, cum turgent ac pruriunt, per  
initia medicamentis vti licet. Verū cum om-  
nia purgantia medicamenta calida facultati-  
bus existant, febris autem qua febris est, suē  
ratione non solum non siccantibus & calidis,  
sed maximē ipsis contrariis, nempe humectā-  
tibus refrigerantibusq; indiger. Quare nec  
ipsius febrilis caloris gratia purgatio nobis as-  
sumitur, quippe quem sui ratione hinc offen-  
di sciamus, sed humorum causa, qui illum effi-  
ciūt: conuenit igitur maius cōmodum ex no-  
xiorum humorū euacuatione prouenire, quām  
offensam, quæ à medicamentis purgantibus  
necessario corpori obuenit: est autem commo-  
dum, si noxius humor & citra molestiam, &  
totus euacuetur. Quod vt fiat, primum sanè  
disciendum venit, num æger ad eiusmodi  
purgationem sit idoneus. Nam qui ex crudita-  
tibus multis aut viscosis crassisve cibis labo-  
rant, item quibus præcordia intenta sunt in-  
flataq; aut supra modum calida & ignea, aut si

A 5 etiam

etiam inibi viscerum quædam inflamatio affigat, omnes hi ad purgationes inepti sunt. Proinde & hæc abesse et humores quam maximè licet ægrotantis fluidos esse oportet, hoc est renues & nullis lensoris participes: meatusq; per quos purgatio futura est, adapertos. Hæc enim & nos antea præparamus purgaturi aliquem. At in morbis acutis statim per initia, vel primo die, vel nō ultra secundum, si purgationibus usuri simus, cum turgent, huiusmodi præparationem non fieri licet. nisi quis tempus forte habeat, ut multis meracā potui det, in qua hyssopi aliquid, aut origani, tragorigani, aut pulegij, aut cuiusdā ita extenuantium decoctum sit: quapropter bona ratione raro in acutis morbis per initia medicamentorum usus nobis erit, eo quod neq; frequenter noxiū humores per initia turgeant, pruriantq;, neque si etiam hoc existat, æger ad purgationē sit idoneus: immo qui ne tempus quidē nobis præbeat præparādi idoneum. At humores prurire dicuntur, seu turgere, cum motu vehementi agitati, & à particulis in particulas transfluentes, per morbi initia hominem molestant, dolore affidentes, irritantes, & quiescere non permittentes. Tales igitur, hoc est, qui in motu sunt, agitatione & fluore, euacuare conuenit. Particulæ autem alicui infixos neq; alio quo-

dam præsidio mouere oportet, neq; medicamentis solicitare, priusquam fuerint concocti. Tunc enim & naturam vacuationi opitulan-  
te habebimus: siquidē ea secundū cōcoctiones, humores discernere, & superfluum deponere apparet, quo tempore etiā crises accidunt. At vbi absolute quidem ipsa mouetur, nihil opus est medicamentis: vbi lenius imbeciliusq; auctio-  
nē obit, id quod deest, nos medicamentis ad-  
iūcere oportet.

### Caput VII.

Cæterum sciendum est humorum transfluxi-  
ones aliās in aliam particulam raro accidere,  
maiore autem ex parte una in particula qua-  
dam ipsos residere, in qua per totum morbi tē-  
pus ad solutionem vsq; cōcoquuntur. Cum igit  
tur non acutus modo affectus fuerit, sed etiam  
cum febri vehementissima, cauendum est pur-  
gans medicamentum exhibere, praesertim cū  
quis laborantis naturam nō compertam habe-  
at. Nonnulli siquidem natura ægre purgantur,  
nonnulli vero exigua medicamenti potionē a-  
bundē purgātur. Cum itaq; febris nō vehementē  
fuerit, norisq; ægrotantis naturā, ad medica-  
menti usum descendes, elleboro nigro vtens,  
aut aliquo consimili: in quoru grege & quod  
diā colocynthidos, hoc est, ex cucurbita silue-  
stri

strī præparatur. Nominant ipsam consueto vo-  
cabulo hieram. Cum autem variè ipsa præpa-  
retur, quæ elleborum recepit absq; scammonio  
optimum est medicamentum ventri ducendo  
idoneum. Vbi purgatio assumta fuerit, condu-  
cit ptisanam supersorbere, vt ait Hippocrates.  
Ipsum etenim purgans medicamentū, vt quod  
exiguum sit, ad ventriculi fundum peruenit  
in transitu autem stomachus, quantum ad su-  
periorem ventriculi partem attinet, non modo  
qualitatis medicamenti purgantis, sed etiam  
substantiæ inter transeundum adhærescentis  
particeps factus, vehementer offenditur. Utile  
est igitur tremor ptisanæ, si superbibatur, vt  
qui id quod in transitu affixum applicatumq;  
est, abstergere & deorsum trahere, qualitatem  
verò medicamenti particulis insidentem con-  
temperare & inalterare possit. Propter hæc  
igitur post purgantis medicamenti potionem  
ptisanam supersorbere iubet. At vbi purgatio  
fieri incepit, non amplius ptisanam dari sua-  
det, timens ne purgantis medicamenti actio  
dissoluatur.

### Caput II X.

Porrò aliud nonnunq; dato medicamento  
quod purget non excernit, vel ob ægri naturæ  
proprietatem, vel ob medicameti exhibiti pau-  
citatem.

citatem. Subinde autem & sterlus impactum, durū in aliquo intestino, quod clyster euacuari posset anteq; purgans medicamentum exhibatur, vacuationem impedit. Iam fieri potest, ut natura impetum ad vrinas faciente, purgans nihil proficiat. Interdū sanè cum purgantia frustrata fuerint actione, præterquam quod nihil corpus lœdunt, etiam alimentum animalis sunt: quædam ad corruptionem & deteterium conuertuntur.

### Caput IX.

At cum omnia purgantia medicamenta ventriculum vitiēt, præcipue ipsius os, quod maxime sit nervosum & sensile, odoratorū mixtura ex cogitata est, ne videlicet sola, neque sine cera ipsorum facultas os ventriculi attingat. Conuenit autē ea quæ miscentur semina eiusmodi esse, quæ & malignitatem possint obtundere, actionem ipsorum non impedire, extenuatoria & incidenti facultate prædita, qua crassos humores dissecent, & vias ipso iūm, per quas euacuantur, adaperiant, recludantq;

### Caput X.

At purgantia quæ miscentur, sibi inuicem congenera esse & nulla ex parte dissidere oportet. Dissident autem, non cum aliud bīlem, verbi causa, aliud pituitam euacuat: ambo enim eodem

dēm modo euacuari possunt: verum vbi hoc statim, illud multo postquam assumptum est purgationem mouere solet. ita enim inaequalis sit euacuatio ex illis simul assumpatis. Dico autem inaequalem, cum una iam cessante evacuatione, altera rursus incipit.

De Superpurgationibus, quas ἀπεγνάρχος  
græci vocant, ex cap. 27. & 28. lib. 3. Gal.  
de simplic. medic. facult.

**P**orro superpurgationes euenire solent, cum purgans medicamenta usq[ue] adeo invaluit, ut in vasorum ad ventrem pertinenti osculis mordicationē apertioneq[ue] multam relinquat: assidueq[ue] irritans convellensq[ue] corpora quæ in vasis sunt, vires difficiat atq[ue] deiciat. Nam quod in ventre euenire conspicimus, vbi vires eius in extremam inciderunt infirmitatem, idem in venis accidere putandum. Accidit autem vomitus totius eius quod deglutiuit,

tiuit, ubi videlicet superiores eius par-  
tes debilitas occupauit: intestinorum  
vero laxitas, ubi inferiores: Sic in ve-  
nis, cum per initia modica sit apertio  
et imbecillitas, tum quod tenuissimum  
est, minimeq; familiare naturæ, excer-  
nitur, sed ubi utraq; adaucta est, iam  
tum etiam crassa, et quo naturæ fami-  
liariſſima ſunt, euacuantur: quamob-  
rem flaua bilis primo, pituita secun-  
do loco, tertio loco atra bilis; poſthac  
poſtremus omnium in ſuperpurgatio-  
nibus effunditur ſanguis, utpote qui  
naturæ ſuccus ſit familiariſſimus.

Ceterum cauſæ, quamobrem alieni à  
medicamento ſucci una excernantur,  
in hiſce tribus conſiſtunt, vasculorum  
ſcilicet imbecillitate, oſculorum laxi-  
tate, purgantis mordicatione. Cum  
n. vascula nō amplius in ſefe continere  
ſuc-

succos possunt, et oscula eorum reclusa  
fuerint, nec irritare medicamentum  
desinat, possitq; non amplius familia-  
rem trahere succum, necesse omnino  
est reliquos quoq;, quo diximus ordine  
excerni. satis n. erat unica mordicati-  
o, quæ organa ad excretionem excita-  
re posset: quanto ergo magis id fiet, ubi  
et apertio et imbecillitas vasorum coie-  
rit? Fit autem apertio, ob medicamenti  
potentiam: ob quam videlicet mordica-  
rio item prouenit. Vasorum autem imbecillitas, tū ob  
ingentem defatigationem, (quam scilicet, dum  
a purgante medicamento mordicarentur, ac  
veluti emulgerentur, acquisierant) cum ob  
intemperantiam, qua in superpurga-  
tionibus occupat. Quemcunq; enim  
humorum penitus euacuauerit,  
intemperantiam con-  
sequatur nece-  
sse est.





erum vbi hoe  
sumptum est  
nim inæqua-  
lum. Dico  
n cessante va-

enagdipods  
lib. 3. Gal.  
t.

venire so-  
ent i usq;  
ad ven-  
dicatione  
uat: assi-  
corpora  
uat atq;  
evenire  
extre-  
, idem  
Accidit  
deglu-  
tunt,

dèm modo euacu-  
statim, illud mul-  
purgationem mou-  
lis fit euacuatio ex  
autem inæqualem  
evacuatione, altera ru-

De Superpurgatione  
græci vocant, ex  
de simpli

Porro superpu-  
lent, cum purgan-  
adeo invaluit, ut  
trem pertinentiu-  
apertioneq; mi-  
dueq; irritans cu-  
qua in vasis sunt,  
deijciat. Nam quo-  
conspicimus, ubi  
mam inciderunt i-  
in venis accidere p-  
autem vomitus toti-

